Rożycki Stanislai: Quaestio de sententia ferenda ex praesumptionibu

QVÆSTIO
DE
SENTENTIA FERENDA
EX PRÆSVMPTIONIBVS,
A
STANISLAO ROZYCKI,
I. V. Doctore.

PRO LOCO
IN FACVLTATE IVRIDICA,
Inclytæ Vniuersitatis
ACADEMIÆ CRACOVIENSIS
obtinendo.

Publicè ad disputandum in Lectorio DD.
JVRECONSVLTORVM
Proposita.

die xi. Decembris.

Anno Domini, M. DC. XLVII.

hhh.

IGNORANTIA IVDICIS PLERVMQVE EST CALAMITAS INNOCENTIS.

D. AVGVST:

de Ciuitate DEI, lib: 19. cap: 6.

QVÆSTIO

ex Cap: Afferte.

EXT: DE PRÆSVMPTION:

junctâ L. fin.

C. DE PROBATION:

V. Iudex cuiuscunq; instantiæ, possit ex coniecturis, & præsumptionibus quibuscunque; ferre sententiam definitiuam: non solum absolutoriam, sed etiam condemnatoriam: nec duntaxat quoad pœnam extraordinariam aut mediã, sed etiam ordinariam: in criminalibus quoque, & capitalibus, & extremi supplicij causis: nec nè?

CONCLVSIO I.

Cuiuscunque instantiæ Iudex, potest ferre sententiam definitiuam, ex præsumptione juris & de jure.

COROLLARIA.

1. *Sententia lata ex præsumptione juris & de jure, transit in rem judicatam.*

2. *Sed quibus casibus admittitur probatio contra præsumptionem juris & de jure; illis quoq; casibus retractabitur sententia prædicta.*

3. *Admittitur probatio ex notorio facti permanentis, contra præsumptionem juris & de jure.*

4. *Datur restitutio in integrum aduersus præsumptionem iuris & de iure, licet non detur appellatio.*

5. *Distinctio in præsumptionem legis & hominis, non est imaginaria.*

CON-

CONCLVSIO II.

Non ſolum abſolutoriam, ſed condemnatoriam quoqué ſententiam; etiam in cauſis criminalibus, poteſt ferre Iudex, ex præſumptione juris & de jure.

COROLLARIA.

1. *Falluntur illi, qui ex cap: noſtro deducunt: poſſe Judicem ex præſumptionibus, ſolummodò condemnare ad reſtitutionem, non autem ad pœnam criminis.*
2. *Nec illa ſatis cauta doctrina, concludentium generaliter: ex præſumptionibus poſſe aliquem condemnari ad torturam, ſed non ad criminis pœnam.*
3. *Torturæ ſubiectus & non confeſſus, debet per Judicem abſolui, ab obſeruatione judicij.*
4. *Iterari non debet tortura, niſi nouo accedente indicio.*
5. *Quod tortus & non confeſſus, nec conuictus, ob ſolū Judicis periculū puniatur; iniquiſſimū eſt.*

CONCLVSIO III.

In criminalibus, etiam capitalibus, etiam extremi supplicij causis, potest Iudex ex præsumptione juris & de jure, punire pœnâ ordinariâ.

COROLLARIA.

1. *Non contemnenda antiquorum in foro Romano practicorum regula: non posse esse bonum Judicem; qui certâ suspicione non mouetur, in pœnâ infligendâ: sed ad sensum conclusionis accommodanda.*
2. *Excusatio contra præsumptionem juris & de jure non admittitur.*
3. *Singulare est in criminalibus, quod probatio & per consequens præsumptio, per exceptionem infringatur: non item in ciuilibus.*
4. *Capitalis causa, est distincta à causa sanguinis.*
5. *Pœna approbata in genere, non autem in specie, frustra distinguitur.*

CON-

CONCLVSIO IV.

Ex præſumptione juris, debet Iudex condemnare ad pœnam ordinariam, ſed non ex præſumptione hominis, niſi violentiſsimâ & indubitatâ.

COROLLARIA.

1. *Suſpiciones hominis vel legis, tantum abeſt vt ſufficiant ad pœnam, vt etiam ad torturam non ſufficiant.*
2. *Purgationes vulgares, reprobatæ à jure, locum in iudicio habere non debeat.*
3. *Sanguis ex cadauere occiſi erumpens, ad præſentiam occiſoris, duntaxat facit indicium ad* ñ ad ſenteam *torturam.*
4. *Præſumptiones plures concurrentes, iunguntur in delictis difficilis probationis ex naturâ ſuâ, non tamen ad pœnam ſanguinis*
5. *In occultis ex naturâ ſuâ delictis, licet præſumptiones vehementes & violentæ plurimum valeãt, debent tamen concludere de actu immediatè ſequenti.*

CON-

CONCLVSIO V.

Pœna delicti media, ex commensuratione solius probationis, non est infligenda.

COROLLARIA.

1. *Sententia Salamonis, de infante diuidendo, astruit mediam viam, in casibus de jure concessis.*

2. *In quæstione successionis hæreditariæ illius infantis, de quo contendebant duæ matres, non habuisset locum media via.*

3. *In quæstione iuris, recurrendum esse ad viam mediam, erronea doctrina.*

4. *In quæstione facti, non ad viam mediam, sed ad regulas probationum recurrere debet Iudex.*

5. *Tentatiua sententia, ad finem veritatis indagandæ, potest exemplo Salamonis per Judicem adhiberi.*

MAN-

MANTISSA
in gratiam hospitum.

1. *Præsumptio ex probitate vitæ actoris, non debet infringere regulam communẽ. Actore non probante, reum esse absoluendum, concludentem.*

2. *Purgatio vulgaris, facta per vxorem Comitis Modinensis, coram Otthone Tertio, contra Augustam: fuit de iure singulari admissibilis.*



Sub felicibus Auspiciis,

Illustris & Admodũ Reuerendi P. ac Magnifici,

D. IACOBI VITELLII,

S. Th. Doctoris, & Professoris,

Canonici Cracouień, & Vniuersit: Crac: Gener:

RECTORIS.

CRACOVIÆ,

In Officina Christophori Schedelij, S. R. M. Typog.

Anno Domini, 1647.